



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

vers. 24. 25.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

fumigans eosdem significat, qui iam iam ad interitum propertabant; si enim Christus non cessisset, iam ut explicui, perissent. Nec terrē factas, sed obduratas habebant conscientias.

VERSUS 22.

*Tunc oblatus est ei demonium habēs,
cacus & mutus: & curauit eum,
ita ut loqueretur & videret.*

QVÆSTIO I.

Cur cacus & mutus?

Vnde mutus. §. 1. Dæmonium cacum aut mutum hic non dicitur, sed ipse, qui eo detinetur, dæmone nimium illa operante, & poenitentiarum naturales actiones præpediente, κακός & mutum & surdum significat, ideo non desunt, qui surdum vertunt; verum illi duo defectus se mutuo ordine quodam comitantur, hinc tamen mutum intelligere necesse est; quia in miraculo recensetur quod sit locutus. An vero natura, an dæmonis violentia mutus fuerit, incertum est. Comm. Hieron. putat, aliunde mutum fuisse. Verum quacunque ex causa mutus fuerit, miraculi magnitudo cunctis apparuit.

VERSUS 24. & 25.

*Pharisæi autem audientes dixerunt.
Hic non eiecit demones nisi in Beelzebub principe dæmoniorum. Iesus autem sciens cogitationes eorum, dixit eis. Omne regnum diuisum contra se, desolabitur: & omnis ciuitas vel domus diuisa contra se, non stabit. Et si satanas satanam eiecit, aduersus se diuisus est: quomodo ergo stabit regnum eius?*

QVÆSTIO I.

An diaboli regnum non sit in se diuisum?

*Omne diuisum re-
dit ad interitum.* §. 1. Dicitur respondisse Dominus ad eorum cogitationes, quamvis enim Christo non dixerint, clam tamen populo insuurrabant, & forte cogitationibus illa ipsa versabant; quæ Dominus adfert. Primum argumentum est: Omne regnum in se diuisum, seu contra animam suam diuisum, ut Syrus ait, desolabitur. Omne enim regnum dissidijs perit necessario. Validiora enim quam ut extrema metuant, in se ruunt. Itaque si dæmonum corpus ita dissidet, ut alij alios pellant, alij cruciare velint, alij liberare cruciatos, non potest eorum regnum esse diuturnum. Dæmonum est autem ea astutia, ut in regno suo propagando & stabilendo sint concordēs. Id vero homines hactenus semper experti sunt; non modò in obsessis quos pertinacissime obsident, sed etiam in hominibus ad peccatum pelliciendis.

Cum ait: domus super domum cadet, vel sensus est: In regno in se diuiso desolandas vrbes, & domum vicinam proximæ illapsuram, vel more Hebræorum antecedens pro re latius repetentium. Domus super domum, hoc est, seipsam cadet. Posterior sensus est apud

Marcum. Si domus super semetipsam dispartiat, non potest stare domus illa.

§. 2. Non desunt Pharisæorum defensores. Nam primò potest dæmon fortior quisque; imbecilliores pellere, ipse princeps omnes. Deinde potuerunt dæmones timorem fugamque simulare, & mentiri, atque hæc omnia ex pacto ut homines deciperentur, & per magicas imposturas in fraudem inducerentur; non igitur firma est Christi ratio. Præsertim si Iudæorum exorcistæ non Dei spiritus, sed magico dæmones pellebant.

Respondeo firmissimam rationem esse. Fundamentum eius est in mutua dæmonum conspiratione, ad homines eodem secum exitu inuoluentos, atque in hac vita puniendos. Deinde experientia docebat, nullos dæmones esse, qui non pertinacissime hareant, inuitissime ac difficilissime egrediantur. Tercio à Christo pellebantur in sola loca ubi nocendi facultas deerat. Quarto, plurimi, imò integre legiones sic expellebantur: Hæc ergo si dæmones inter se & eorum princeps ageret, magna esset inter eos dissensio, & se mutuo dissidio impedirent. At nunquam à modo condito id auditum est, ut in Magi alicuius gratiam inter se tumultuarentur, vel bella fingerent dæmones, eoque, ut ex corporibus hominum se mutuo pellant. Fingunt illi inter se aliquando pugnas, ut in rebus ludicris, sed cum ad possessiones ventum est, iam ut in re seria, conspirant. Videatur Athanasius de incarnatione.

Confirmatur ex eo quod perfecte eiciebat. Quæ perfectio duplici in re constabat. Nam corpore & anima pellebat, & est in 3. part. 1. q. 45. a. 2. ad 4. Deinde & corporibus perfecte eiciebat, vero imperio, sanis, & si læsi essent, restituitis energumenis, siue vlla portate, aut spe redeundi, quorum contrarium ut Magis experientia docet. Pharisæi de violentia per principem dæmonum coactionem intelligebant, ita ut tormento exigi dæmones credebant. At vero sitor, tam multos, tam crebro principes eiecit, & in alia loca relegat, quomodo stare potest regnum eius? Magis enim suos milites; quam hostes, hoc est, homines ex-cruciat.

§. 3. Deprauat hunc locum Beza & Caluinus. Vt autem, inquit Beza, Filij vestri, & vobis vobis Heb. id est vestri, siue vestrales. De discipulis autem suis Christus hoc intelligit, quos reuerfos, & edita à se miracula narrantes turba audierat, potius quam de exorcistis Iudæis, quorum hic mentio Act. 19. 13. ut sit firmum argumentum. Nam potius cum collisit Satan, quam inferio ab ipsis eijceretur, & quod illo Actuum loco refertur, versute fecit Satan, sicut etiam quoties Christo gloriam tribuit, & idcirco ab eo tacere iussit.

Eijciunt, ἐκβάλλουσιν. In duobus exemplaribus scripturæ erat ἐκβάλλουσιν, eijcient: Ipse erunt vestri iudices, ἀντὶ τῶν ἐόντων κατὰ. Erasmus, ipsi iudicabunt de vobis, id est, ἀντὶ τῶν κατὰ τὸν ὕμνον. Familiaris autem est hæc loquendi formula sacris scriptoribus, qua dicitur aliquis eum iudicare cuius vitia suæ virtutis exemplo etiam tacens coarguit: quo modo accipiendum est, quod paulo post de Ninivitis & regina Austri commemoratur.

Christi itaque argumentum contra Pharisæos ab ipso Domino factum solvere conatur. Nam quod ad doctrinam attinet. Non poterat ea Christus vi ad probandum, esse sanctam, & Dei virtute nixam dæmonis ejectionem. Seductore etenim & falsum prophetam hominabant, adeo ut ex doctrina quæ impie iudicabant, etiam hoc colligeret; Dæmones arte magica ab illo eijci. Christus veto ex opere doctrinam probat, non ex doctrina opus. Doctrinam in controuersia vocabant, operibus erudiri Dominus iubet. Caluinus impu-

impudentius causam Phariseorum agit. Primo quidem stare pro Christo sese simulat, sed id minime facit. [Scimus enim quibus interdum præstigiis illudat Satan, speciem dissidii ostentans, ut superstitionibus illaqueet hominum mentes. Ita exorcismi in Papatu nihil aliud sunt quam umbratiles & fictitii Satanæ contra seipsum conflictus. Verum nulla in Christum cecidit talis suspicio: quia sic demones eiecit ex hominibus, ut sanos & integros Deo restitueret. Quoties secum diabolus colludit, se ita vinci simulat ut ipse demum hominum triumphet: atqui Christus apertè Marte diabolum aggressus est ut illi prius deiceat, nec quicquam ei faceret residuum. Non prostravit eum una in parte, ut in altera magis stabiliret: verum undique omnes eius machinas diuit. Aptè ergo rationatur Christus, sibi nihil esse cum eo commune: quia hoc vnum propositum habet ille astutiae Patet ut regnum suum conuerteret. Si quis obiciat, diabolos sepe verigine & ceca attentia raptari, ut seipsos conficiant: in promptu est responso, non aliud sonare verba Christi quam absurdum esse quod iactant Scribæ, diabolum sponte euertere quam habebant homines potestatem, qui modis omnibus eos libimane periret.]

Hic quidem firmamentum rationationis non attingit Caluinus. Nam Phariseis clarum non erat, ita demonem expelli corporibus, ut sanos Deo & integros restitueret. Hoc enim obsecrum erat hominibus, & soli Christo cognitum. Qua enim pietate illi fuerint quos i beaur, certè non constat. Cum ergo hac parte Christi argumentum defendat, quâ redditur obsecrum, certum est eum præuicari, & hodiernis Iudeis, Atheisque Scripturam rideham proponere. Quod ne quis dubitet, subiungit. Deinde memoria tenendum est, vulgo receptis proverbiis ita vsum esse Christum, ut tantum essent probabiles coniecturae, non autem solidè probarent. Quid igitur humana argutia contra æternam sapientiam? Probabiles sunt coniecturae, non solidè probant. Quid igitur accusamus Phariseos si non credent, non solidè probanti? Quomodo infideles conuertemus, si fateamur non modo fidem nostram, sed argumentantè Dominum in summo periculo, ferente aduersariorum odio, illis nihil solidi, sed probabiles coniecturas obieisse?

§. 4. Inter Angelos & demones porro gradus esse constat ex Ephes. 6. ubi dicitur vnum vocat Paulus. & 1. Corinth. 15. Dan. 10. & Ephes. 6. & 2. Cor. 11. nomen datur. & Principes tenebrarum. Oecumenius ait dicitur de angelis & de demonibus, & de angelis & de demonibus. Quia vero admodum vniti sunt, & in nobis, oppugnandis concordissimi, ideo Apost. Ephes. 6. & 2. Cor. 11. vocat, ut vnitam vim omnem ostendat. Si enim demonum essent dissidia, alii alios repellerent, torquerent, in se mutuo conuersi minus homines oppugnant. Imo aliqui aliquos homines tuerentur contra hostes maiores.

Non posse autem Satanam si regnum scindat consistere constare, cum nec contra homines nisi diuissos, & pugnautes possit valere. Nazianzenus orat. 3. de pace. Neque enim, inquit, sanos aggregatur, nec charitate septos atque firmatos, sed regnum in seipsum prius diuidi necesse est, ac tunc vasa diripi, nobisque eadem accipere, quæ nunc hosti nostro accidisse perspicimus. Argumentum igitur Christi ex re, & circumstantia verum est. Satanæ ita hæcenus regnum suum administravit, ut omni modo, & conatu in homines sæuierit, eos quocumque modo obsiderit, nullus demonem demon eiecerit. Omnibus modis hoc egerit, ut quos possent, obsideret, cruciarent. Hoc inimicitia in Paradiso sanctitæ, hoc tota vetus historia indicat. Nunc igitur nullo modo milites suos, qui hominum corpora occupant, tipes vi exturbat, aut ei-

cit: innitros enim cedere certum erat Iudeos: hoc enim modo exercitum suum ipse exarmaret, & dissolueret.

VERSUS 26.

Et si Satanas Satanam eiecit, aduersus se diuisus est: Et si ego in Beelzebub eicio demones: filij vestri in quo eiciunt? Ideo ipsi indices vestri erunt.

QUESTIO I.

Quomodo filij Phariseorum demones eicerent?

§. 1. Concedit illis Christus filios eorum vere demones eicere: verum quos vocet eorum filios dubitant auctores, & veteres, & recentiores. Prior a sententia Apostolos designari; qui in Christi nomine demones expellebant; *Veniunt enim & dicunt, etiam demones subijciuntur nobis.* Si igitur, inquit, illi in meo nomine eiciunt, cur non & ego in meo nomine? Si virtus mea aliis sufficit, cur non mihi? Altera sententia, fuisse illos exorcistas Salomonicos, de quibus Iosephus lib. 8. c. 2. Siego in Beelzebub eicio, in quo ergo illi eiciunt? cur non de illis idem suspicamini, cum eorum vitam minus probabilem videatis?

Tertia sententia est agi de illis, qui cum Christum non sequerentur, in eius tamen nomine demonia eicerent. Illi inquit certè non in Beelzebub, sed in meo nomine eiciunt: & cum vobiscum non mecum sentiant, non potestis illos initi pacti cum demone accusare.

§. 2. Ideo iudices vestri erunt. Dicunt enim se meum tantum nomen invocare, & mox demones eicere. ut manifesta sit inuidia, illis credere, mihi fidem non habere, cum illi de mei nominis efficacia testentur. Hanc veram puto, multi enim etiam non credentes, demones eiciebant, ut postea filii Scævæ. Domesticum itaque testimonium damnationis habebant: eum suos mirarentur, Christum magiæ accesserent.

§. 3. An Salomonii exorcistas verè & Dei virtute, an collusionem cum demone eos eiecerint etiam disputant. Beza ex pacto eieisse putat, sic & Actor. 19. v. 13. Collussisse diabolum putat, non serio eiecitum. Caluinus varias interpretationes adducit. alios ad Apostolos, alios ad Prophetas refert. Ipse ad vulgares exorcistas refert. Non fuisse eos ordinarios, sed cum aliquando præsentiam suam Deus miraculis testaretur, populum talem Dei virtutem expertum, ordinarium sibi munus temere instituisse, postea idem fecisse Papistas, simiarum simias. Non tamen repugnare, si quis dicat Dei virtutem se per exorcistas Iudeorum exercuisse. Quamvis enim, inquit, degeneres essent, noluit tamen Dominus suam virtutem eos penitus destitui, ut in genere sacerdotum & templi cultum aliquo testimonio ornaret. Nam ad rem magnopere pertinuit, à Gentium superstitionibus clarè nobis discerni. Prior tamen sensus mihi genuinus videtur.

Nihil absurdius dici potuit, quam populum temere ordinarium munus exorcistarum instituisse, ex eo quod demones aliqui pellerent. De illo enim munere nihil constat. Deinde quam iudicium est, populum demonis exorcizationem, quibusdam, quasi tribunatum, aut quæsturam mandasse: Verè eos, & Dei virtute eieisse credo; Salomon enim Propheeta cum esset, Deo reuelante rationem efficiendorum spiri-

Filij Iudeorum.

In Christi nomine eiciebant demonia.

Exorcistas populus non instituit.